Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>



222

Est pater meus qui
glorificat me quem vos
dicitis quia deus ve
ster est: et non cognos
cistis eum: ego autem
novi eum. Et si dixe
ro quia non scio eum:
ero vobis similis men
dax. Sed scio eum et
sermonem eius servo.
Abraham pater vester exul
tavit ut videret diem
meum: et vidit et gau
sus est. Dixerunt ergo
judei ad eum. Quin
quaginta annos non du
m habes: et abraham
vidisti? Dixit eis jesus.
Amen amen dico vo
bis: antequam abraham
fieret ego sum. Tulle
runt ergo lapides ut ia
cerent in eum. Jesus au
tem abscondit se et exivit
de templo. Credo Off
Confitebor tibi dne
in toto corde meo retribue
servo tuo vivam et custo
diam sermones tuos vi
vifica me secundum verbum
tuum dne Secre. Hec
munera quesumus dne om
nia nostre pravitatis
absolvant: et tue no
bis miserico[rdia] dignentur Postcom
Gratiam salutarem. Com.
Hoc corpus quod pro vo
bis tradetur hic calix novi
testamentum est in meo san
guine dicit dnus hoc facite
quotiescumque sumitis
in mei commemoracionem.
Adesto nobis pie